



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

18. An donatio remuneratoria valeat, si de ipsis meritis non constet, nisi per assertionem donantis. Et an Principis liberalitas non exigat, vt Donatarius probet meritorum causas. Et in dubio autem, ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

3. Itaque dicendum est cum Frago de Republica, p. 1. lib. 3. disp. 5. n. 46. quod ex causa potest Princeps adhibere modum donationibus a se factis, imò & reuocare eas, sicut etiam Præiudicia a se concessa, vel à prædecessoribus, præsertim quando bona donata, seu prouilegia concessa nocent Regi, aut bono publico. Ita Felinus in c. nonie. de iud. col. 7. & 10. Arerinus ibid. n. 25. quemadmodum potest ex causa reuocare contractum à se initum, prout habet Baldus holt. in princ. ff. de tenat. per text. in l. qui fundo. C. de omn. agro de ferr. lib. 11. Antonius & Imola in c. cum M. Ferr. de constitutionib. Probatur, quia Princeps debet incumbere administrationi Regni, vt ex facto suo Regno non præiudicat quod si aliquid ordinet in eius præiudicium, talis ordinatio tuit, vt latè probat Rolandus cons. 1. à n. 112 vsque ad n. 127. vol. 2. Cabed. & alij 2. p. dec. 19. per totam.

4. Sed de hac questione, etiam in hoc tractatu supra aliqua tetigimus, quia satis necessaria mihi visa fuit: durum est enim donatarios exigere donationes immensas à Rege sibi factas, & ex eodem tempore Regna grauati immoderatis tributis, & exactionibus.

RESOL. XVII.

An donatio remuneratoria sit proprie donatio? Et an hac donatio remuneratoria indigeat insinuatione? Et an quoties permiffum est alicui donare, ob bene merita & seruitia intelligatur de meritis, & seruitiis præteritis, & non de futuris? Ex p. 3. tit. 6. Ref. 115.

§. 1. R Epondeo negatiuè ex l. Aquilius, ibi defendi, non meram donationem esse, verum officium magistri quadam mercede remuneratum, ff. de donat. Menochius cons. 307. n. 4. lib. 4. & alij.

2. Dico igitur, quod donatio illa est, quæ propter obsequia, seruitium, aut beneficium aliquod sibi præstitum, à donatore fit; & hæc alio nomine donatio antidotalis dicitur. Et cum fiat ob gratitudinem obsequij, aut seruitij accepti, donatio merè gratuita & liberalis dici non potest, sed potius quasi compensatio rei acceptæ. Itaque donatio remuneratoria, cum remuneratoria sit, & obsequia remuneranda respiciat, verè & proprie donatio liberalis dici non potest, quamuis ex liberalitate tanquam ex dispositione oriatur; licet enim non teneatur donator ex iustitia illam facere, & nullo iure cogente fiat, negari tamen non potest, quin saltem, licet non ex iustitia, tamen ex gratitudine naturali, qui beneficium & obsequium accipit, beneficianti sit obligatus; quod (vt dixit) oportet scire: ex eo enim sequitur hanc donationem remuneratorem non indigere insinuatione, vt bene docet Molina tom. 2. de iust. disp. 292. ad initium.

3. Vnde ex his patet non esse admittendam opinionem Glossæ in d. l. donari, 83. & ibidem Decius itémque Cagnol. n. 1. ff. de reg. iur. Glossa in d. l. sed et si lege, 8. consilij in verb. obligauerim, ff. de pet. hered. quos vt & alios, refert & sequitur Abbas, Pinellus in l. C. de bonis materni. p. 3. n. 60. mihi. pag. 367. & seqq. qui autumant, donationem remuneratorem causam factam propriam, veram & simplicem esse donationem.

4. Ad huc opinioni auxilium præstant nullum argumenta quibus nituntur. Primò enim, quod attinet d. l. donari, ff. de reg. iur. & d. l. donari, 29. ff. de donat. textus vtiusque loci capiendus est non modò de propria, sed, & simpliciter, siue non propria donatione. Secundò, opem asserit isti pronuntiatio nullam, quod omnis donatio merita donatarij præsupponit, nec. adiect. 9. ff. de iur. iur. Non aliter enim remuneratorem causa facta dicitur donatio, quasi donator expressè dixerit, donare se ob præstita sibi à donatario merita.

5. Neque etiam obstat, quod ad beneficiendum natura ducimur, & proinde remuneratio non impediatur quominus simplex & propria dicatur donatio, cum alioqui nulla propria & simplex donatio esset. Non, inquam, id obstat: certum quippe est, quod & ob causam sit donatio, quamuis ad beneficiendum natura nos moueat, sed ob causam non dicatur, nisi specialiter nominetur causa ob quam sit donatio.

6. Notandum est etiam hic obiter, quod quoties permiffum est alicui donare ob benemerita, & seruitia, intelligitur de meritis & seruitiis præteritis, & non de futuris, & idem docere videntur Imola, & Romanus in l. Attilius, de donat. Iason in l. hoc iure, & Paulus de Castro cons. 315. n. 4. lib. 1. & generaliter, loquens de omni re, quæ pro forma alterius requiritur, quod debeat esse contemporanea actui, nec possit stare in suspensio. Alexander per textum ibi in l. 1. § fuit questum, ad Trebell. l. si quis mihi bona, § iustum, ff. de acquir. hered. in Clement. causam, de elect. in lege 1. § qui presens, n. 10. ff. de verborum oblig. & nouissime Præfes M. Valenguela cons. 203. ex n. 3. & cons. 123. n. 58. & cons. 187. n. 70. & seqq. 2. part.

RESOL. XVIII.

An donatio remuneratoria valeat, si de ipsis meritis non constet, nisi per asserionem donantis? Et an Principis liberalitas non exigat, vt donatarius probet meritorum causas? Et in dubio autem, an donatio sit remuneratoria, an merè gratuita, & liberalis, censendum est esse remuneratorem? Ex p. 3. tit. 6. Ref. 116.

§. 1. A D hanc questionem dupliciter responderet Barbosa 10. 2. in lege, que dicit, ff. soluto matrim. n. 65. & seqq. Primò, vbi donator dicit se facere eam donationem propter merita & beneficia sibi præstita, valebit vt donatio remuneratoria, etiam si de meritis aliter non constet, neque necesse est ad valorem illius, vt merita ipsa probentur. Et hoc etiam docet Iulius Clarus §. donatio. q. 3. n. 2. Curtius iunior cons. 142. n. 3. & in facto ita iudicauit Parlamentum Delphinatus, testante Guid. Pap. dec. 35. & Iulio Claro dist. n. 2. Et ratio est, quia de beneficiis acceptis nemo potest certior esse testis, quam ille, qui beneficia accepit. Secundò si donator beneficia in donatione non exprimat, quantumcunque beneficia dentur, & merita, probenturque manifestè, talis donatio non est censenda remuneratoria, sed simplex, ac merè liberalis. Ratio illius est, quia tunc ea merita & beneficia censentur causa impulsiva talis donationis: liberalitas verò causa formalis, ac finalis, specificans ac denominans talem donationem.

2. Sed alij dissentiunt, quoad hoc vltimum, & aiunt, si de meritis præcedentibus appareat, licet de illis donator in donatione nullam mentionem faciat, & postea prohibeatur, præsumendam & censendam esse donationem remuneratorem, non simplicem & liberalem, vt dicebat Barbosa. Hanc tenet Menochius de arbitrar. libro 2. casu 88. num. 33. Mascardus de probationibus, conclusione 560. num. 10. Garcia de donat. remunerat. n. 43. Glossa in lege donatione, verbo Postulans, Cod. de collat. Sancius lib. 6. de matrimonio, disp. 6. conclus. 2. Nauarretus in Summa Latina, cap. 17. num. 146. Syluester verbo Donatio. 2. quest. 7. numer. 23. Rosella verbo Donatio. 1. num. 47. vbi asserunt donationem factam à patre filio esse remuneratorem, si probentur præcessisse merita remuneratorem digna, etiam si pater in donatione præcedentium meritorum mentionem non faciat; valer enim donatio remuneratoria facta à patre filio sub sua potestate constituto, probatis meritis remuneratorem dignis, iuxta Doctores proximè citatos, quamuis sint personæ ad faciendas

Donationes

Sup. hoc in Ref. 3. not. seq. §. Notandum patet id post initium. à veris. Nec enim.

Sup. hoc in Ref. seq. §. Hinc & infr. in Ref. 11. §. Vnde & in Ref. 45. & in alijs eius t. not.

Sup hoc in §5 non pte- ritur & infra In Ref. 62. &c.

Sup. in Ref. que hic est infra 45 §. Notandum.

donationes inter se ipsas de iure prohibita. Idem de donatione remuneratoria inter vitum & vxorem, iuxta Menochium lib. 2. de arbit. cas. 132. n. 4. Ita que in foro externo opus est, vt probentur merita, alioquin in co foro non censetur donatio remuneratoria, nec valet vt talis, quando donator in donatione de meritis non meminit, vt supra diximus. In foro autem poli non est necesse, vt ea merita probentur, sed sufficit, si de illis donatario confitetur, vt eam donationem tanquam remuneratorem in foro conscientie retineat, quia probatio tantum desideratur, vt iudici in foro externo veritas constet. Ita Nauarr. c. 17. n. 145. & prater allegatos Molina 10. 1. de iust. disp. 2. 4. §. quando confitetur, Guttierrez de iuram. p. 2. c. 5. n. 18. Sancius cit. disp. 6. lib. 6. num. 3. Bart. in l. si forte ff. de cast. pecul. & alij. Et hac omnia docet Fagundez de contrah. lib. 4. c. 3. n. 2. & 3.

3. Nota tamen hic, quod secundum aliquos, Principis liberalitas non exigit, vt donatarius probeat meritum causas. Decianus respons. 25. n. 79. vol. 1. Natta conf. 674. n. 9. lib. 4. Joseph. Ludouic. conf. 16. num. 360. & seq. Principi enim de meritis affirmanti plena fides adhibenda est, et aliter donatarius merita docere, & ostendere nequeat. Grammaticus conf. 100. n. 55. Decianus d. resp. 21. n. 37. cum seq. lib. 1. Rauchbar q. 11. n. 28. p. poster. Sed de hoc infra redibit sermo.

4. Non deseram tamen hic adnotare Henticum Boccerum tract. de donat. c. 13. n. 11. & Pinellum in l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 60. docere simplicem, siue propriam esse donationem, si non sit dictum ob prestita merita donationem fieri, quod probant per textum in l. donari. vbi Decius & Cagnolus, ff. de reg. iur. & in l. donari. ff. de donat.

5. In dubio autem, an donatio sit remuneratoria, an mere gratuita, & liberalis censendum est esse remuneratorem, quia, vt inquit Vlpianus in l. nec adiecto, ff. pro socio, longe frequentius est homines non donare, nisi ob merita, vt idem docet Decius conf. 20. Tiraquellus in l. si vnquam, v. Donatione largitus, n. 77. Menchaca de success. creata §. 17. n. 111. Pinellus in l. 1. C. de bon. matern. p. n. 60. vers. Probatur, & alij.

RESOL XIX.

An dicatur donatio remuneratoria, que efficitur propter obsequia debita?

Et an donatio remuneratoria non egeat insinuatione, dummodo merita quantitate donationis adaequant? Ex p. 8. tr. 6. Ref. 119.

Sup. hoc lege §. 1. doctrimam p. cf. & §5. not. icq.

1. Respondeo negatiue, & ideo vt donatio facta ab illo, qui donare non potest (quia prohibitus est) valeat propter remunerationem, necesse est talia esse obsequia, vt ad ea petenda competat actio, vt tradit Tiraquellus in d. l. si vnquam, v. Donatione largitus, n. 108. Decius conf. 101. n. 6. Pinellus in l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 59. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 36. n. 4. Borrel. in su. dec. p. 3. d. tit. 9. n. 171. cum seq. Ponte conf. 50. n. 22. lib. 1. Giurba ad statut. Messanen. c. 1. gloss. 10. n. 15. Castillo 10. 5. cap. 80. n. 37. vers. sic de nec quartum, & n. 38. & 39. Garcia de coningali acquestu. n. 54. qui resoluit obsequia ab amico facta donationem remuneratorem non inducere, & huic casui textus formalis est c. reularum, de testam. ibi; Iuxta seruitij merita, vbi aduertit Barbosa in collectanea, n. 7. & ex hoc dicitur remuneratorias donationes non ex obsequiis, ex quibus actio competat, pronunciantes nullo modo a gratuitis differre, vt post plures probat Cabedo dec. 36. n. 6. p. 2. Sturdus conf. 419. n. 12. vol. 3. Reges & osti. in l. 1. ff. de filiis officiali. lib. 12. n. 40.

2. Vnde ex hoc sequitur quod donatio facta a Rege militi, vel vassallo, qui ei seruit in suo officio, dicitur ex causa lucratia, & non onerosa, Cabedo dec. 36. n. 12.

p. 2. & cum aliis Tapia dec. 6. n. 26. Regens Constant. in l. 1. C. de filiis offic. lib. 12. n. 42. pag. 280. Georg. defendens, c. 33. n. 3. & 4. pag. 199. Phabus dec. 184. n. 18. & 19. p. 2. vbi resoluit donationem Regis factam vassallo ob obsequiorum remunerationem esse gratuitam, quae omnia valde notanda sunt.

3. Vnde Fagundez de contrah. lib. 4. c. 3. n. 8. sic asserit. Sequitur tertio, vt donatio remuneratoria talis dicatur, & sit, debere esse insignia ea obsequia, & benemerita propter quae fit non enim quaecunque merita sufficiunt, vt donatio remuneratoria dicatur, vt optime animaduertit Guido Papae dec. 95. fol. 184. & Sancius 10. 1. de matrim. lib. 6. disp. 6. n. 5.

4. Sequitur Quarto, debere obsequia, & merita non esse alias debita, si enim essent alias debita, non essent remuneratio digna: in soluendo enim illo, ad quos quis tenetur, non potest existere liberalitatis meritum, quod pro ista liberalitate remuneretur, vt bene animaduertit Sancius n. 6. Ita Fagundez.

5. Hinc sequitur, vt optime obseruat Bocerus tract. de donat. c. 3. n. 13. quod opera, & obsequia, quae liberis parentibus & vxor marito debet pro meritis, (vt ex illis remuneratoria censetur donatio) non habentur, nisi eiusmodi officia obsequialia diutissime cum magna cura, & sollicitudine, in graui quapiam, & longa vrgitudi- ne parentis, & mariti impensa fuerint, vt latissime varios in hanc sententiam adducens Autores, ostendit Tiraquellus in d. l. si vnquam §. in v. Donatione largitus, n. 106. 107. & 108. C. de renouand. don.

6. Notandum est etiam hic obiter donationem remuneratorem non egere insinuatione, dummodo merita quantitate donationis adaequant, & probetur. Ita ex Oldrado, Curtio, & Claro docet Azorius p. 3. lib. 11. c. 6. quae 4.

RESOL XX.

An vt dicatur donatio remuneratoria, merita debeant equiualeere donationi? Ex p. 8. tr. 6. Ref. 120.

1. Respondeo affirmatiue. Sed difficultas est inter Doctores, qualiter haec merita debeant equipollere: Quidam asserunt, oportere, vt omnino merita equalia sint rei, ob merita donata, sic Arias Pinellus lib. 2. n. 1. p. 1. c. n. 3. de rescind. v. d. & videntur tenere omnes Doctores, numero praecedenti allegati, quia ferè omnes illi absolute docent debere esse equalia merita rei donatae.

2. Sed haec sententia communiter reicitur: quia gratitudinis lex postulat, semper plus reddi, quàm sit acceptum, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 106. a. 6. ex Aristotele 5. Ethic. c. 5. Et rationem huius reddit S. Doctor: nam re- compensatio gratiae, seu beneficii, respicit beneficii secundum voluntatem beneficientis. In quo quidem praecipue hoc commendabile videtur, quod gratis beneficium contulit, ad quod non tenebatur: & ideo qui beneficium accepit, ad hoc obligatur ex debito honestatis, vt similiter aliquid gratis impendat. At non videtur gratis aliquid impendere, nisi excedat quantitatem accepti beneficii, quia quandiu recompensat minus, vel aequale, non videtur facere gratis, sed reddere, quod accepit, & ideo gratiae re compensatio semper tendit, vt pro suo posse aliquid maius retribuat. Quare Seneca lib. 2. de benefic. c. 18. ita scribit. Diligentius querendus est beneficii, quam pecuniae creditor; huic enim reddendum est, quantum accepit, illi vero plus soluendum est.

3. Alij dixerunt, tunc merita, seu obsequia dici equipollentia liberali concessioni priuilegij, seu donationis, quando talia obsequia, seu merita ad minus attingunt dimidium valoris rei, ob merita donata, iuxta l. 2. C. de rescind. vend. Ita Baldus in Authen. ex resc. C. de collat. vbi Romanus, & alij, quos refert Tiraquellus verb. si vnquam.